

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars tertia, hoc est:
Tractatio evangeliorum tam dominicalium, quam
festivalium, ad recte se sub variis tentationum generibus
gerendum, disposita**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Exordium

[urn:nbn:de:bsz:31-126133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126133)

IN DIE FESTO S. BARTHO- LOMÆI.

Evangelium Luc. 22. v. 24. -- 30.

EXORDIUM.

o Præsians!

Per¹vasit serpens in Paradiso Evam, quod si comesura esset cum Adamo ex ligno scientiæ boni & mali, aperiendi sint oculi illorum, & futuri sicut Deus, scientes bonum & malum. Audiens hoc Eva, ambitionis virus animum ejus perculit, ut contra interdictum divinum comederit de ligno scientiæ boni & mali, dederitque viro suo, qui & ipse comederit. Hoc modo peccatum commissum, imago Dei amissa, & mors in mundum introducta fuit.

Illexit hinc Evam, ambitio & superbia, quod sorte suâ non contenta, cum tamen imagine divina decorata, quasi Deum terrenum præsentaret, etiam Deo similem fore affectarit, extendebat itaque manum suam, & hoc ipso quod fructum vetitum decerpebat, Numinis supremi gloriam affectabat, crimen læsæ Majestatis hoc modo committens: quo se & nos omnes ejus posteros in æternam & temporalem mortem præcipitavit. Æternam quidem Servator noster pientissimus morte & sanguine sua sustulit, nosque fideles suos ab eâ redemit: at temporalem omnes propterea subire cogimur. Hinc illæ lacrymæ! hinc nostra confusio!

Sicut igitur mulier seducta in prævaricatione fuit, 1. Tim. 2. v. 14. Ita & hodie tenus filii & posterius ejus, ab eâ hæreditariò accipiunt superbiã & ambitionem, ut

viribus suis majora aggrediantur, cum tamen plurima super sensum hominum ostensa ipsis sint, Sir. 3. v. 25.

Exemplum habemus in prælecta Pericope in discipulis Christi, in qua eos ad eò ambitionis cæstro percitos audimus, ut quilibet illorum prærogativam in Regno, quod somniabant, Christi terreno, quæsi- verit, & primum locum affectarit. Et quia nemo illorum postremum se vult, in contentionem gravissimam erumpunt, quam tamen Christus mansuetudine & humanitate sua tempektivè vicissim sedavit, ut ipsa Pericope testatur.

Nos Instituti nostri memores videbimus

- I. Triplicem Querelam.
- II. Triplicem Medelam.
- III. Triplicem Cautelam.

J. J.

Exegetis.

NE irascamini in viâ, dixit Josephus ad fratres suos, cum frumento oneratos eos dimitteret ad Patrem Jacobum, Gen. 45. v. 24. Hoc nobis quoque qui nunc in vivis sumus, dictum est. Omnes enim in viâ sumus ad patriam nostram, non enim hinc inquilini sumus, sed πολιτευμα nostrum in cælis est, Phil. 3. v. 20. Nequaquam igitur inter nos contentiones sint, ubi

ssss

ubi